



<sup>21</sup>  
B2281

**LVCTVS PVBLICVS**  
 QVO  
**FVNESTISSIMVM OBITVM**  
**VIRI**  
 SVMME REVERENDI, MAGNIFICI, EX-  
 CELLENTISSIMQVE DOMINI  
**DN. GOTTLIEB**  
**WERNSDORFII,**

SS. THEOL. DOCTORIS ET PROFESS. PVBL. PRIM.  
 PER QVAM CELEBERRIMI, ORDINIS SVI SENIORIS GRAVISSIMI,  
 CONSISTORII ECCLES. ASSESSORIS DIGNISSIMI, TEMPLI PAROCH. PAST.  
 ATQVE SUPERINT. GENERAL. FAMIGERATISSIMI,  
 CONSIL. ECCLES. SAXO - QVERVRTHENSIS MVLTO DEXTERIM ET PRAEVLSIS  
 DE PVRIORI REPUBLICA SACRA PRAECLARE MERITI,

POST QVAM  
 IN ILLVSTRI

**AD ALBIM ACADEMIA**

*KALENDIS IVLII, c13 13 ccxxix.*

POST VARIOS CASVS, POST TOT DISCRIMINA RERVM,  
 CVM MAXIMA ECCLESIAE ORTHODOXAE IACTVRA, SVM-  
 MOQVE OMNIVM DOLORE, PLACIDISSIME IN CHRISTO, VITAM CVM

*MORTE COMMVTASSET,*

*AC DENIQUE*

**SOLENNIBVS EXEQVIIS**

*D. VI. IDVS IVLII,*

**TVMVLO ANTECESSORVM SVORVM**  
*ILLATVS FVISSET,*

DEBITAM PIETATEM, ET RELIGIOSVM ANIMI CVLTVM, ERGA COMMVNEM  
 HVNGARIAE PRAECEPTOREM TESTATVRI,

*ACERBISSIME DEPLORANT*

**PANNONII CIVES.**

---

*VITEMBERGAE, Ex Officina Joannis Ludolphi Fincelii.*



Nfelix nonus, tacitus qui labitur, annus:

Hoc cecidit fatis **TULLIV** ore sacer.  
optimus infastus, qui durat, Menſis Iuli:

Hic numerum ſacrum, morte profanat iners.

Prima nefanda dies, Quintilis quam tulit aetas:

Haec <sup>(a)</sup> migrare pium iuſſit ad altra **VIRVM**

Sexta maligna, ferox quam Clotho duxerat, hora:

Haec **PHOEBVM** terris abstulit arte mala.

Non primus, sextus, non septimus, ipſeque nonus,

In fastis numerus post memoretur Avis.

Hunc caligo premat: ferali cinetus amictu,

Cum flygiis umbris, lurida tecta colat.

Lucis egens maneat, qui **LVCEM** fufculit orbi:

Nec uitam rapiens, uiuere dignus erit.

Sex denum ternum, pariter ſub nube uetus

Deleat ex Albo, signaque nigra notet.

Illius et nomen, quod diro funere ſqualer,

Annales ueterum, nocte nigrante tegant.

Hunc numerum ſubeant obliuia pigra per aeuum,

Offaue cum Rhodope Theffala, mole premat.

Eſt hic **WERNSDORFI** letho, <sup>(b)</sup> pariterque **Lutheri**

Funefus: lacrymis pandite uela citi.

Namque hodie <sup>(c)</sup> **MAGNVS** cecidit, quem uexit ad aſtra

Doctrinæ uirtus, ingenique decus.

Dum Muſis conſtabit honos, Artesque uigebunt,

Illius ſemper Fama perennis erit.

Qui, cum morte cadit, uiuit, cœloque receptus

Debita cœlicolis otia laetus agit.

<sup>(a)</sup> hac prima Quintilis die, apud Veteres Romanos migrationes fiebant. Vide Dempt. An. triq. Rom. L. IV. c. XI. <sup>(b)</sup> Vterque anno nono climaſterio deceſſit. <sup>(c)</sup> 2. Sam. III. 38;

Supremo, **VIRI** celeberrimi honori, lugens dabat

**M. FRANCISC. HORVAT**, Bibithy.

Pannon. Alumn. h. t. Praefectus juratus.

**O**ccidit heu Phœbus! doctis qui fulſit Athenis;

Aonides tenebrae, luce nitente premunt.

Et quamuis Titan etiamnum lumina ſpargat,

Nos caligo tamen, SOLE <sup>(x)</sup> cadente, quatit.

Lampada ſablatam ſentit mens, nocte ruente,

Nec uidet, an portum quaſſa carina petat.

Extinti RADII, qui ſacro lumine Muſas

Luſtrabant, modo ſunt, umbra uitusque chaos.

Intemerata tamen, quam diuſſdere per orbe,

LVX uiget, et tenebras mentis ubique fugat.

Fanaticas umbras, quas praefens parturit aetas,

Discutit, et maculas detegit illa nigras.

Ergo grauem, Ciues, paullo componite luſtum,

LVX manet in terris, SOLE petente Polos.

<sup>(\*)</sup> Dan. XII. v. 3.

Moerore Saucius ſcribat:

**IO. SARTORIVS**, Rosnaua Hung. S.S. Th. et Ph. C.

**J**ulius invictus cadit, eheu! *Julio ameno,*  
Pompeii calamo potuit qui rumpere castra,  
Tristatur Lutherana Cohors, flet sella **LVTHERI**,  
Lugent Leucoreæ Musæ, dolet Hungara Tellus.  
Nec mirum! Nam sive **VIRI** spectes pietatem,  
iuste fidem veram, reperitur causa doloris.  
Hem miseranda nimis, funestaque fata Palæstræ,  
Quæ luget lumen sublatum morte repente.  
Respice, Sancte **DEVS**, Cœtum, *Cathedramque LVTHERI*,  
Pannoniam Gentem, sapientis montis Alumnos.  
O miserere Deus! mox adit **Julius** alter!  
Qui Pompeianam valeat prosternere turmam.

*His paucis gravissimam, quam tota Ecclesia purior, et nostra hac  
figilatim ACADEMIA passa est, jacluram, dolenter deplorat*

**MICHAEL HONORIVS EBNER**, Sempron. Hung.  
SS. Th. Cult.

**H**oc mibi, prima dies Juli tristissima in anno,  
*Hev!* VernsDorf IVs bIC Corpora stravIt bVMI.  
In quo non abies tantum, cedrus ruit alta,  
Labuntur fructus, summaque dona simul.  
Qui docuit multos, multos superauit hostes,  
Et puri Coetus hic fuit omne decus.  
Theologum Princeps sumimus, qui multa supremi  
Bella DEI gesit, miles ut egregius.  
Et sacra proposuit nobis mysteria uerbi  
Applausu magno, dexteritate pari.  
Heu talem amississe uirum! non parua putanda est  
Clades; sed moestis, O **DEVS** affer opem!  
Ita beatissimi Gamalielis sui obitum maximumque  
Academiae uulnus ingebat

STEPH. SALOMON, Thetensis Hung SS. Th. et Ph. Cult.

**M**agnus in Israël cecidit! quod flebile scitu,  
Diæta, supremum et protulit ore uale.  
Sic grauitas, zelus, sacrique Scientia Veri,  
Insignis pietas, contumulata iacent.  
Purior attonitus suspirat corut, et orat:  
Rebus, ut afflictis adit IOVA suis.  
Mittat Elisam ut, ELIAE qui uestigia preesse  
eçetur: doceat pura piusque fiet.  
Quid Tu, quæc mecum luges, *Gens Hungara*, busta?  
Da manibus lacrymas, quas meruere, piæ.  
Atque precare Patrem deuoto pediore, porro  
Haec studiorum sit Mater amica Tibi.

*Mortem incliti Theologi, et de omni coetu Christi orthodoxo  
immortalitas meriti acerbe dolens posuit:*

**IOAN. SEVERINI**, Garanszeg. Vng. SS. Th. St.  
et Alumn. Pan. h. t. Biblioth.



**V**i Voti, Ventis Velocibus, Vnde Vocabar,  
 Vitembergensium Venerandum Vifere Veni  
 VVERNSDORFIVM. Vidi Vera Virtute Virentem.  
 Vndique Vociferans Validum Vel Vincere Vulgus;  
 Vel Vulgo Violatos Vindicare Valentem.  
 Vici Vanorum Vires; Validisque Voluntas  
 Vieta VIRI Verbis. Verum Vix Vespere Veni,  
 Vix Vitae! Vaftans, Violenta Venitique Videisque  
 Vis, Vin cīque VIRVM. Vertutur Vifera Varum;  
 Vrbis, VXOR, Vulgus Veros Vulstant Vulstum.  
*Vefra, Viri Violas, Vertantur Vifera! Vefra*  
 Vifera! Vix Valeo, Vixit WERNSDORFIVS, Vltra.

dicerē p̄as lacrymis

PAVL DOLESCHALIVS, Szakolcz. Vng. SS. Th. et Ph. C.

**G**rande Decus cecidit, cecidit WERNSDORFIVS ille,  
 Adſertor Veri, qui fuit absque pari,  
**Q**ui fuit absque pari, fummus Vindexque LVTHERI,  
 Cui pietas, zelus, maxima cura fuit.  
 Planctibus hinc resonant Viteberga, et purior Ara,  
 Quis tantum nolit corde dolere VIRVM?

Prima dies Iuli, rapuit caput ordinis Arae hic,  
 180. 108. 238. 450. 364. 282. 87. 20.  
 Hinc multos, cernes, tristia multa manent.  
 60. 490. 223. 389. 351. 216.

1729.

Hic diuinī ſpiritus Heroem. et P. P. P. ſuūm e uisis ereptum lugebat  
 IOAN. HOXA, Carpon. Hung. SS. et Ph. C.

**P**langite PannonIDVM CIVes, heV, plangite fVnVs  
 InfavtVM! PraeCoX renoVat Llbltna DoLores.  
 EXCessit Vlta, hoC VeneranDVs In orbe Maglster.  
 Non sVaVI WERNSDORFIAM neCtare Vestra Cibabit  
 PeCtora. QVI sane DoCVt Mysteria VIVVs,  
 IaM Laetans Inter DIVos nVnC fVLget In aXe.  
 OranDVM, Vt pastor VlgIL et sInCerVs oVILE  
 InstItVat: faCILe greX flet praeDa LVporVM.

*Ita Ingemiscet*

DAN. SARTORIVS, Csetn. Hung. SS. Th. et Ph. St.

## GOTTLIEB WERNSDORFIVS

*λαγραμμα*

Filius Tonitru ſub Rege. Do.

Enodatio.

**Δ**ūvauv in dictis, ſimul ac ob pondera rerum  
 Nonne Boanerges pagina Sacra uocat?  
 Nomen et omen habes Tonitru quod Filius eiles  
 WERNSDORF CHARE DEO, Rege ſub hocce Poli.  
 REGE ſub AVGVSTO, quot religioſis uitiae  
 Hoffes, pulſabas Fulmine ſaepe facro.  
 Dant Muſae, Coetus, lacrymas, ego do, date Gentes  
 Huic, qui fulmina, (b) non uerba locutus erat.

O abies

O (c) abies ulula, uerit tonitru graue Cedram  
Qui recrere non est dulcior alter odor.  
Dogmata dextra docens uiuet post funera WERNSDORF  
Aris Pannoniae, quae petri ore pio: (a) Marc. III. 17.  
O serVa CatheDraM LVtherl fortis loVa (b) Hieronym. de Paullo  
QVO faLsoS fratres sernat In orbe Vafro. (c) Zacob. XI. 2.  
*Hacte Gamalielii sui etiam in cineribus uenerandi possumus benoribus posuit*

GEORGIVS JAMRISSKA, Thuroczio-Hung. SS. Th. & Ph. C.

### GOTTLIEB WERNSDORFIUS

*Avaygauua*  
Flet sub dio Sion, urget

Expositio.

**G**audia concipiunt diuini dogmatis hostes,  
Ex tristi fato, quod pia Mater habet;  
Flet Lutherana Sion fatum deplorat acerbum,  
Moesta sub hocce dio, flet Lutherana Sion.  
Ait cur? Cafus eam praefens miserabilis urget  
Hoc mage, quod nunquam tristior esse potest.  
Magnanimus cecidit DOCTOR, columenque Sionis,  
Bellator Domini magnanimus cecidit.  
O ulula pia plebs Montis sapientis ad Albin!  
Te quia deseruit, candidus illa Pater.  
Caftalides Musae Doctorem plangite mecum,  
Sic date uota VIRO : molliter osfa cubent.

*His Praeceptorem suum defederatissimum in Coelestem Academiam comitur*

MATTHIAS CLEMENTIS, Nagy-Hont. Hung. SS. Th. C.

**T**riste satis dictu! nec erit quis talia fando  
Temperet a lacrymis: cecidit WERNSDORFIUS! at iam  
In Coelis uiuit, qui in terris uixerat olim.  
Mortuus Is non est, alios qui a morte reduxit.  
Nam quae nunc recubant placide quoque membra quiescent.  
Quilibet esse uidet, non mortua, sed data somno,  
Ipsie quidem non est mortales amplius inter;  
Est tamen ipsa VIRI ueneranda memoria Summi,  
Cuius tunc capiet mentes obliuio tristis,  
Iter quando suo cursu remeabit in oras  
Teutonis, et Nili fluxus uertetur in Auftrum.  
Tellus ante ferax homines, pecudesque relinquet,  
Et montes rumidi aquabuntur uallibus imis,  
Quam clarum meritis linquunt pia peitora nomen.

*Hacte moctus posuit*

THOMAS PATAKY, Liptoviensis Hung. SS. Th. C.

**F**unde sepulcrales Ecclesia funde querelas,  
Amissum luge, Tu Vitebergus decus.  
Occidit, heu! tangit, quem non miserabile fatum?  
Nestoris ait annos uiuere dignus erat.

*Hacte tristis animo testandae pietatis causa scribebat*

DAN. MATTHESIUS, Mijauia Hung. SS. Th. C.

B

Atropos

**A** tropos hem! nobis atrox, quae tristia fecit!  
Tristia quae fecit? Tu Viteberga doce.  
Sustulit ex oculis lumen, charumque Parentem,  
Omnis quem deflet nunc studiofa Cohors.

*Sic lugebat*

IO. STEINER, Sempronio Hung. SS. Th. Stud

**C**ui natura dedit, quicquid possederat, ipsa  
Quemque sua fixnit Pallas acuta, manu:  
Hunc funesta dies magnum decus orbis et aeu:  
Abstulit: Ordo facet tristia fata germit.  
Quem magno plausu celebravit fama per orbem,  
Suffulit, et pennis, alta sub astra suis.  
His modo decedit PRAESVL, qui bella Iehouae  
Suffinuit, nunquam uictus ab hoste suo.  
Qui Lutheranam doctrinam peccore fuit,  
Iam cum LVTHERO regna beata tenet.  
Ergo flere VIRVM, nulli pietate secundum  
Parcite: nam uiuit nescius ille mori.

*Debiti affectus ceßandi causa posuit*  
IOAN. SARTORIS, Saarociensis Hung. SS. T. C.

Echo resonans.

**F**irma columna ruit, quot celi sunt profpora? *Spera.*  
Quis mihi quid maius suppeditabit? *Abit.*  
Nostra Corona, decus nostrum iam tollitur. *Itur.*  
Quo duce prodibat plebs numerosa. *Rosa.*  
Nos hoc fama VIRI, nos spes pellebat. *Albat.*  
Quos modo linquit, et ad coelica uadit. *Adit.*

*Hic Praeceptorum suum immortalicer meritum  
meosflus comitatur*  
ANDR. STRVHAR, Taxouiensis Vng. SS. Th. C.

**I**ubila dum cupimus torum celebranda per orbem  
Occipere, o fatum! nubila triste sonant.  
Nam celebris WERNSDORF terrestria nubila linquit  
Iubila quo preuenit laetus in arce Poli.  
Iubila nunc igitur (gernebundi plangite GIVES)  
Perturbant tanti tristia fata Viri.

*Sic anxi animi dolore Praeceptoris sui mortem lugebat*  
IOAN. SZAKOLCZAY, Hung. Vtr. Sap. C.

**Q**uum sol occubuit mundum terer occupat horror  
Nam Caligo solet tristia fata dare  
Non minus occubuit celeberrimus ille WERENDORF  
Purae doctrinae fax, rutilumque decus.  
Omnia tristiriae ueluti sunt recta tenebris  
Vrbs, studiofa cohors, ara, Cathedra, Chorus.  
O utimam lactum exoriatur ab aethere sydas,  
Quod moestis animis lumina grata ferat.

*Lacrimabundus posuit Praeceptoris suo*  
PAVLVS KARNIK, Hung. SS. Th. S.

**A**lbacus Mons celebrata Musis  
Optimis sedes, modulatur Odam  
Lugubrem, cernit, quia praeparari  
Iusta Parenti.

Is fuit WERNSDORFIVS ille summus  
Myſta, quem totus redamabat orbis  
Purior, dignus fuerat per aeum

Viuere longum.

Aſt ferox tantam Lachefis columnam  
Subruit. Dicas soboles Mineruae:  
Da VIRVM Numen! cui fit fides, mens.

Vitraque WERNSDORF.

*Illacrimatur tantis fatis suspirans*

IOAN. MARTINI, TAXOVIA Hont. Vng. SS. Th. S.

**Q**uaeris, Cur Witeberga gemit? cur tristia fundit  
Carmina? WERNSDORFI sic *Tibi* Musa canit:  
Orbem qui puro nutriuit dogmata sacro,  
Et cui cum falsis pugna perennis erat,  
Conticuit. Vicit: Victus iam fulmine mortis  
Occidit. Hinc matri massa reuulsa reddit.  
Aſt DEVS eripuit mentem, quae conficia recti,  
De Vita testis fama superites erit.

*Moeſus ingemuit*

MARTINVS KISZELLINY, Nagy. Hont. Vng. SS. Th. C.

**O**mnia mala tempora, quies sacra peſtora, mors penetravit!  
Nec regitur prece, fed rabida nece, uah ſuperauit.  
Saxonum decus haud columnen fecus, hemi cito WERNSDORF!  
Leucoridum pia nunt Academia, tota ſtupet fors.  
Hungara lumina, fundite flumina, fundite luctus:  
Albis enim uchet, ac ſubiro ciet ordine fluctus.

*His lugubre honoris monumentum tristis posuit*

MATTH. GALLI VETERISOL. Vng. SS. Th. et Ph. C.

**Q**uem Libitina ferox impressit cede dolorem  
Non toluerit laeto tempora longa die.  
Occubuit Pindi noſtri columenque decusque,  
Qui fuit hunc hiftent tempora nulla Virum  
**O**, quantos gemitus Muſis generauit acerbis  
Hocce docet tristis nox lacrimanda diu.

*Ita exprefſit lugubrem animum*

GREG. FABRI, Hung. SS. Th. Cul.

**Q**uid niſi flere licet? cedidit nam Doctor in Vrbe,  
Qui pure docuit dogmata dextra DEI.  
**O** ſi conſurgat nobis poſt nubila Phoebus,  
Et recreet radiis peſtora moeſta fuſi.

*Ita ex amore moere perfunſus ſcribebat*

IO. WEIGELI, Hont. Vng. SS. Th. S.

**P**roh! ad Pannonidum Patres mala fama uolabit.  
Percipient PATREM deſeruſſe fuos.  
Qui LVTHERVUS erat nobis Chriftoſomus ore  
WERNSDORF; fed moritur! nos ſumus orba Cohors.  
Causa tubefſt igitur, cur fit Pannonia moeſta  
Dignus, quemque ſacer defleat orbis, erat.

*His teſtabatur ſum triftiem animum*

GEORG. FABRI, SOLIENSIS UNG.

SS. Theol. Cult.

**E**N! licuit mihi in Aede sacra Cathedraque colendum;  
Vix semel atque iterum forte uidere VIRVM;  
Heu! loculis positum cogor, nunc cernere. Musa  
Tristis, O Egressus! quot mihi dona rapis.  
HVNC, Ecclesia mœsta dole; nam uera columnna  
Occidit, atque ingens hoc moriente decus.

lacrymando dixit

PTRVS LVTHARITS, Szent - Benedekiensis Hung.  
SS. Theol. Cultor.

**W**einnt verwayste Musen / weinet! werfft Scuffher in die Lufft/  
Da des Himmels strenger Wiuten unsern WERNSDORF  
von uns rufft/  
Unsern WERNSDORF/ Dessen Sinn/ nichts was eitel heist be-  
thörte/  
Unsern WERNSDORF/ Dessen Mund uns den Weg zur War-  
heit lehrte/  
Der das Feygenblatt derr Feinde unerschrocken aufgeschreckt/  
Ohngeachtet sich Sein Eyfer vieler Haß hierdurch erweckt/  
Doch erhebt Euch. Denn Sein Ruhm wird davor im Seegen bleiben/  
Und Sein Wunsch vor unser Heyl oft noch gute Früchte treiben.

IO. POLONIVS, Solien. Vng. SS. Th. C.

**D**etrübtes Wittemberg! wie sieht es um Dich aus?  
**D**Da Deine Priesterchaft ein Vater-loser Orden  
Die Werkstadt freyer Kunst ein düstres Waysenhaus  
Und Deine Kanzel fast zu einer Witwe worden.  
Ich Theurer WERNSDORF! erst Du so zu Deiner Gruft  
Mein Flehen ist umsonst weil Dich Dein Herland rufft.  
Drum las Dir dessen Stuhl die frohe Seele laben/  
Dein Volk wird Deinen Ruhm indeß im Herzen haben.

Hiermit bezuget sein schuldigstes Verleid des Seeligen  
auch im Tode ergebenster

JO. FRIDER. Werner. Scepusio - Hung. SS. Th. C.



Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle  
006 310 079

3



6017  
6018



**LVCTVS PVBLICVS**  
**QVO**  
**FVNESTISSIMVM OBITVM**  
**VIRI**  
**SVMME REVERENDI, MAGNIFICI, EX-**  
**CELLENTISSIMIQUE DOMINI**  
**DN. GOTTLIEB**  
**WERNSDORFII,**

SS. THEOL. DOCTORIS ET PROFESS. PVBL. PRIM.  
 PER QVAM CELEBERRIMI, ORDINIS SVI SENIORIS GRAVISSIMI,  
 CONSISTORII ECCLES. ASSESSORIS DIGNISSIMI, TEMPLI PAROCH. PAST.  
 ATQVE SUPERINT. GENERAL. FAMIGERATISSIMI,  
 CONSIL. ECCLES. SAXO-QUERFVRTHENSIS MVLTO DEXTERRIMI ET PRAEVLIS  
 DE PVRIORI REPUBLICA SACRA PRAECLARE MERITI,

*POST QVAM  
IN ILLVSTRI*

**AD ALBIM ACADEMIA**

*KALENDIS IVLII, c 1515 CCXXIX.*

POST VARIOS CASVS, POST TOT DISCRIMINA RERVM,  
 CVM MAXIMA ECCLESIAE ORTHODOXAE IACTVRA, SVM-  
 MOQVE OMNIVM DOLORE, PLACIDISSIME IN CHRISTO, VITAM CVM

*MORTE COMMVTASSET,*

*AC DENIQVE*

**SOLENNIBVS EXEQVIIS**

*D. VI. IDVS IVLII,*

**TVMVLO ANTECESSORVM SVORVM**  
**ILLATVS FVISSET,**

DEBITAM PIETATEM, ET RELIGIOSVM ANMI CVLTVM, ERGA COMMVNEM  
 HVNGARIAE PRAECEPTOREM TESTATVRI,

*ACERBISSIME DEPLORANT*

**PANNONII CIVES.**

*VITEMBERGAE, Ex Officina Joannis Ludolphi Fincelii.*

